



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata  
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1535**

**VD16 B 9759**

Publici conuentus minus periculosi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35433**

eo semper sunt quos reueriti turpitudinē horremus. Deinde licet bonis & honestis uiris, turpibus cœptis quorundam resistere, ex eos ab in honesto proposito auertere & auocare. Horrendum dictu, quid seorsim flagitiosi si cum similibus congregentur & neminem habeant qui obstat, designare audeant. Hæc fieri non possunt in publicis & solennibus conuentibus, ubi metu bonorum mali deterriti à flagitiosis tum factis, tum dictis uel inuiti abstinere coguntur. Omittuntur interim multa mala, quæ in secessionibus perpetrantur. Honestis gaudijs in honesta & turpia, ut clavis clavo, repelluntur & retunduntur. Hæc à ueteribus ita sunt usurpata, ut aliquando publicis conuiuijs aleant concordiam & amicitiam instaurarent, choros aliquando ducebant cum decore. Nec defuerunt exercitia quædam quibus corpora prompta agiliaq; tum etiam uegetare edebant, ne ocio torperent ignauo, ut cursu, aut disco cæterisq; huiusmodi rebus, quibus diu uacabat: aliij qui priuatim cōueniunt uino, alea et turpiorib. rebus tenentur. Secessio ergo ista qua uos insignes et sancti esse uultis, aliud nihil est q nouus monachatus. Quid dico? Philautia est, pertinacia, demētia, melancholia, contentio, inuidia, & odium acerbissimum. Cōuenticula uestra, oēs hoīes, qui uestris dogmatis non subscribūt, pro gentilibus, et infidelib. ducūt & Satane tradūt, quasi nemo præter uos seruat deo.

S S